



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum vti obseruantijs ad præcognoscendum aliqua fortuna, vel
infortunia sit licitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS III.

Verum obseruationes, que ordinantur ad praeognoscendum aliqua fortuna, uel infortunia, sint illicitae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod obseruationes, que ordinantur ad praeognoscendum aliqua fortuna, uel infortunia, sint illicitae. Inter alia. n. infortunia hominum sunt etiam infirmitates: sed infirmitates in hominibus quaedam signa praecedunt, que etiam a medicis obseruantur. ergo obseruare huiusmodi significationes non uidetur esse illicitum.

¶ 2. Præ. Irrationabile est negare illud, quod quasi communiter omnes experiuntur: sed quasi oēs experiuntur, quod aliqua tempora, uel loca, uel uerba audita, uel occurfus hominum, siue animalium, siue distorti, aut inordinati actus, aliquod praesagium habent boni, uel mali futuri. ergo obseruare ista non uidetur esse illicitum.

¶ 3. Præ. Actus hominum, & eorum ex diuina prouidentia disponuntur secundum ordinem quendam, ad quem pertinere uidetur, quod praecedentia sint subsequenti signa. Vnde ea, que antiquis patribus contingerunt, signa sunt eorum, que in nobis complentur, ut patet per Apostolum i. ad Corinth. 10. Obseruare autem ordinem ex diuina prouidentia procedentem non est illicitum. ergo obseruare huiusmodi signa non uidetur esse illicitum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit i. 2. de doct. christi. quod ad pacta cum demonibus inita pertinent milia inanum obseruationum, puta, si membrum obseruatio salierit, si iustum ambulatibus amicis, lapis, aut canis, aut puer medicus iteruenit. lumen calcare, cum ante domum suam aliquis transit, redire ad lectum, si quis cum se calcet, strenuatur, redire domum si procedens offenderit, cum uestis a foricibus roditur, plus timere superstitiones mali futuri, quam praesens damnum dolore.

RESPON. Dicendum, quod homines huiusmodi obseruationes attendunt, non ut quaedam causas, sed ut signa quaedam futurorum euentuum bonorum, uel malorum. Non obseruatur autem sicut signa a Deo tradita, cum non sint introducta ex autoritate diuina: sed magis ex uanitate humana, cooperante demonum malitia, qui nituntur animas hominum huiusmodi uanitatibus implicare. Et ideo manifestum est, omnes huiusmodi obseruationes esse superstitiones, & illicitas.

Et uidentur esse quaedam reliquiae idolatriae, sicut quae obseruantur auguria, & quidam dies fausti, uel infausti, quod quodammodo pertinet ad diuinationem, quae fit per astra, sicut quae diuersificantur dies. Vnde ergo quod huiusmodi obseruationes sunt sine ratione, & arte: uel sunt magis uanae, & superstitiosae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod infirmitatum causa praecedunt in nobis, ex quibus aliqua signa praecedunt futurorum morborum, quae licite a medicis obseruantur. Vnde & si quis praesagium futurorum euentuum consideret ex sua causa, non erit illicitum, si si seruus timeat flagella uidere iram domini sui. Et simile est esse postea, si quis timeret nocumētum alicui puero ex oculo fascinate, de quo dictum est in li. Sicut non est in huiusmodi obseruationibus.

AD SECUNDVM Dicendum, quod hoc quod a principio in istis obseruationibus aliquid ueri homines experti sunt, hoc accidit casu: sed postmodum cum homines incipiunt suum animum huiusmodi obseruantis implicare, multa sicut huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem demonum, ut in his obseruationibus homines implicati, curiosiores fiant, & se magis inferant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris, ut Aug. dicit 2. de doct. christi.

AD TERTIVM Dicendum, quod in populo Iudaeorum, ex quo Christus erat nasciturus, non solum dicta, sed et facta fuerunt prophetica, ut Aug. dicit contra Faustum, Et ideo licitum est illa facta assumere ad nostram instructionem, si cut signa diuinitus data. Non autem omnia que aguntur per diuinam prouidentiam, sic ordinantur, ut sint futurorum signa, unde ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Verum suspendere diuina uerba ad collum sit illicitum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vnde, quod suspendere diuina uerba ad collum non sit illicitum. Non enim diuina uerba minoris sunt efficaciae cum scribuntur, quam cum praefertuntur: sed licet aliqua sacra uerba dicere ad aliquos effectus, puta ad sanandum infirmos, sicut. Pater noster, uel Aue Maria, uel qualitercunque nomen domini in uocem secundum illud Marci ult. In nomine meo eicient demonia, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: ergo uel quod licitum sit aliqua sacra scripta collo suspendere in remedium infirmitatis, uel cuiuscunque nocumētum.

Secunda Secunda S. Thoma, H H 2

datur, & dicere, Angelus sanctus audiat. Et hoc passim a mulieribus fit & quando ex quacumque leuitate, uel timore simpliciter corde sunt, putantes se non male facere, sed uane, forsitan, non sunt superstitiosae, sed uanitas rei qui haec seruant. Multo magis excusatur a superstitionis uitio, quod ex timore, ne ex celsis influxu preuenies finitru aliquid sit coactus alteri futuri mali: ut si timeat casum in mane signum depressionis futurae ex comitatu caelestis. Et breuiter coiter haec uenialia uidentur peccata, ut superius de diuinationibus, & auguriis, & ceteris dictum est, quod superfluum est timor aut irrationabilis.

Super quibus nonagesime sexte articulum quartum.

IN articulo eiusdem 96. quod aduerte, quod multa obseruantur in his, quod pro Dei reuerentia aguntur, quod superstitiosa apparent, & tamen sunt: & dicunt se excusari quia habent tale deuotionem. Verbigra. Patientes contractionem neruorum, accipiunt primum carli num oblatum Crucifixo in paratecui ad adoratur, & ex eo fit anulus, qui gestatus ualet contra illa passiones. Dicitur habent deuotionem ad hoc, quia sic dixerunt, & experientur. Ego nescio hos excusare a uanitate, nisi putet quis expertus effectum ex deuotione, quod Deus alicui sancto uiro hoc inspirauerit. Sicut hodie, quia Gregorius diebus orari fecit pro defuncto, missa numero triginta dicatur pro defuncto. Videtur ergo simplici corde similia credentes, & facientes ex deuotione, excusandi: quia non peccant, aut uenialiter tantum, ex quo principia se, puta, quod diuina assistat uirtus, potest suscipi.

l. par. q. 117. ar. 3. ad 2.

l. 2. ca. 23. paulo a pri. 10. 3.

l. 4. c. 2. & l. 1. 2. ca. 24. 10. 6.

quod l. 12. ca. 14.

men figura est actionis naturalis coprim... & dispositio ad formam, que est naturalis actionis principium. Nam sicut figura hominis, est consequens formam hominis, ita similis figura est dispositio in materia ad succedendum formam hominis, & figura cuiusque organi naturalis, & ad operationem, non quatenus figura, sed quatenus terminations quaedam corporum naturalium, nihil prohibere uidetur, quin figura que humano ministerio terminatur ponatur tale corpus, si uel talis fideret, si uel quaedam secunda stella, propter conformitatem ad tale sidus. Non enim negari potest, quin figura quaedam celo approprietur, & qui occulti ualide sint nobis modis caelestis influxus. Signum quoque caelestis conformitatis est, quod aliud imaginem sub leone facta prodesse non omnibus hominibus, sed bonis. Et sic de aliis, tanquam oportet actiones fieri in pariete proportione. Rationes ergo motum littera allata conclusionem intantum de corporibus artificialibus, in quantum artificialia sunt, sic enim nihil habent a celo. In responsione ad tertium, nota radice quare omnis fortis cum demone ex suo genere est mortale peccatum: quia scilicet est cum hoste nam indico bello a principe uniuersi inter nos, & demones.

Super quibus nonagesima articulum tertium.

IN articulo 3. intellige similitudinem ex exemplis allatis in littera, argumentando in oppositum, & aduerte quod huiusmodi obseruationes si fiant ex consuetudine patrie, ut Romae oportet apertum tangere nallum, cum proximi corporis bona ualeculo lau